Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37192
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



252

Est enim mansuetus quasi manu assuetus
sicut antille ad manum dne sue. Mansuetudo at
cotumacie. obia superbie opponuntur directe.

Quod si omino virium suarum men
suram viderit pondus oneris
excedere. impossibilitatis sue cau
sas ei qui sibi preest pacienter et opor
tune suggerat. non superbiendo.
aut resistendo vel contradicendo.

Quod si omnino etc. Nota quod in gravibus seu difficilibus
non dicit excusacionem aliquam suggerendam. sed in impossibi
libus tantum. Et nota eciam quod illud debet esse ita impossibile.
quod et viribus pensatis. et pondere oneris impossibile
sibi vere debeat iudicari. Onus at et vires ex parte
negocii iniuncti. et ex imbecillitate obiectam suscipientis.
collecti consideracione pensantur. Oportune at dicit.
quantum ad locum. ut non in publico. sed in secreto suam imbecil
litatem et negocii magnitudinem. et per consequens peragendi
impossibilitatem superiori manifestando dicat. Et
nota quod quinque debet frater se excusans attendere et servare
videlicet paciam in corde. oportunitatem in proposicione. et
quod non appareat in ipso malum superbie. signum resisten
cie. et contradiccio in operacione. Licet hec omnia ad unum finem